

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I.D. & Prof.  
Ad Exequias Quas Coniugi suae desideratissimae Margaretæ Gerdes/ Vir ... Dn.  
Joannes Luttermannus Com: Palat: & Consul Reipub. oppidanae, Viduus  
moestiſſimus, paratas hodie cupit Omnes Academiae cives amice invitat**

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777449943>


Druck Freier  Zugang




Rahne, H.,  
in M. Gerdes,  
uxor. J. Luttermann.

Rostock. 1648.

64.







PROGRAMMA

270

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HENRICVS RAHNE,

J. D. & Pro

AD EXEQUIAS

Quas

Conjugi suæ desideratissimæ

MARGARETÆ

GERDES/

VIR

*Amplissimus ac Consultissimus*

DN. JOANNES LUTTERMANNUS

Com: Palat: & Consul Reipub. oppidanæ,

*Viduus mœstissimus,*

*paratus hodie cupit*

Omnes Academiae cives amicè

invitat.

••(o)••

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Academiae

Typographi, Anno 1648.

123

177



*X*tripode natum videtur, quod γωμικῶ-  
ταίⓄ ille poeta. Comitorum princeps alicubi:

Τελοῖθ' ἰλιὸν γε καὶ τελαίπωρον Φύσει,  
Πολλῶν τε μεσὸν ἐστὶ τὸ ζῆν Φροντίδων.  
Ærumnosa proflus est, & miserrima suapte na-  
turâ res,

Multisque plena curis, vita.

— εἰν ἀγορῇ μὲν, (ut canit alius)

νέικεα καὶ χαλεπαὶ περήξιος. ἐν δὲ δόμοις,  
Φροντίδες. ἐν δ' ἀγοραῖς, καμάτων ἄλις. ἐν δὲ θαλάσῃ  
πάρβⓄ. ἐπὶ ζείνης δ', ἣν μὲν ἔχης τί, δέⓄ  
ἦν δ' ἀπορῆς, ἀνησόν. ἔχεις γάμον, ἐκ ἀμέλειμⓄ  
ἔσσαι. ἔ γαμέεις, ζῆς ἔτ' ἐρημότεροⓄ.

Γέκνα, πῶνοι, πῆρωσις, ἀπαισιβίⓄ. αἱ νεότητες  
ἄφρονες. αἱ πολιαὶ δ' ἐμπαιλιν ἀδρανεές,  
ἦν ἄρα τῶν πάντων πόδε λαΐον, ἢ γενέσθαι  
μήποτε, ἢ θανεῖν αὐτίκα πικτόμενον.

— nam in foro.

Sunt lites, & ætiones molestæ: in ædibus autem,

Curæ: ruri, labores nimii: at in mari

Timor est: in perigrinatione, si quid habes, metuendum. i

Si nihil, molestum est. Nuptus es, non sine curis

Eris: non ducis uxorem, eo magis solitariam vitam agis.

Liberi dolores pariunt: orbitas, vita est sine libetis

injuvunda. juventus

Stolida est, senectus infirmâ.

Ex duobus igitur eligendum est alterutrum, aut nasci

Nunquam, aut statim natum vitâ defungi.

Atque hinc est, quod Thracum finitimi Trausi natalem cujusque  
diem fletu & lamentationibus; emortualem risu & gratulatio-  
nibus excipere soliti fuerunt. Considerarunt nimirum, qui in hanc  
vitam ingredientur, eos in lubrico versari, & in laborum ac  
dolorum

doloram ergastulum precipitari; qui vero inde migrent, eos  
malis subtrahi omnibus, & à periculis in securitatem, à labore in  
quietem, à dolore in voluptatem, ab exilio in patriam, ab orco  
in caelum transferri. Et quid vita in his terris est aliud, quàm val-  
lis confusionis, carcer afflictionis, perpetua & ab exilio non diffe-  
rens peregrinatio, mala mansio, quid contra mors, nisi, ut sapien-  
ter olim Brachmanes & Gymnosophista statuerunt, aeterna vi-  
ta natalis? Vita haec praeterea perpetuo peccandi periculo exposi-  
ta est, & cum Satana, mundo, carne, sine missione pugnandum.  
Cū avaritia nobis, ut mihi de suo gloriandus ille Mareyr largia-  
tur, cum cupiditatib<sup>9</sup>, cum ira, cum ambitione congressio  
est, cum carnalibus vitiis, cum illecebris secularibus as-  
fidua & jugis & molesta luctatio est. Obsessa mens ho-  
minis, & undique Zabuli infestatione vallata, vix oc-  
currit singulis, vix resistit. Si avaritia prostrata est, ex-  
surgit libido; si libido compressa est, succedit ambitio;  
si ambitio contempta est, ira exasperat; inflat superbia,  
vinolentia invitat; invidia concordiam rumpit; amicitiam  
zelus abscondit. Tot persecutiones animus quoti-  
die patitur, tot periculis pectus urgetur, tam varij ac ro-  
busti hostes debellandi sunt. Neque hac pugna exiguo momento  
finiri, aut semel cum vitiis incurrentibus transigi potest: sed assi-  
duè non modo in excubiis stare, verum etiam collato pede quo-  
tidie praeliari adversus resurgentes, & majori semper impetu in-  
cumbentes hostes necesse est. Hinc ingens illud cum querela missū  
Apostoli desiderium: Miser ego homo, quis me eripiet ex  
istto corpore & ad D O M I N U M ire habitatum: quò etiam  
tendit ferventissima ejus cupiditas εἰς τὸ ἀνελευθεῖν, id est, ut sol-  
vere ex hoc mundi diversorio & remigrare, atque esse cum  
C H R I S T O possit. Tum demum (sunt verba Cypriani) fer-  
vis DEI est pax, tunc libera & tranquilla quies, quando  
de istis mundi turbinibus extracti sedis & securitatis



æternæ portum petimus; quando expunctâ hac morte  
ad immortalitatem venimus. Inquam antepaucos dies et-  
iam translata est **MARGARETA** Gerdes matrona omnium  
muliebrium virtutum ornamentis conspicua, Viri Amplissimi  
Consultissimique DN. **JOHANNIS LUTTERMANNI**  
Reipub. oppidanae Consulis conjux. Nata est Rostochii, anno  
supra millesimum quingentesimum tertio & octogesimo, d. XXXI.  
Decembris, parentibus probitate, virtute, genere præstantissimis,  
Patre nimirum viro spectatissimo & integerrimo **TITO GER-**  
**DES** Zythopoeo & negotiatore apud nos olim primario; matre  
verò **ANNA**, quæ **JOACHIMI KRUGERI**, Consulis quon-  
dam apud Gnojenfes in nostra hac Megapoli prudentissimi lau-  
datissimique, & **ANNÆ ROSTERS** matronarum eximia erat  
filia. Qui ut hanc filiam nacti fuerant, eam cum cura & diligen-  
ter educarunt, atque ad omnem honesti cultum, quâ disciplinâ,  
quâ exemplo informarunt. Inprimis timorem Dei, omnis sapien-  
tia ac felicitatis initium, sedulo ei impresserunt, ita nimirum  
statuentes; tum reliqua hujus vitæ consecraria facile adjectum  
iri. Neque destituit eam sanctam Parentum spem ac studia divi-  
na Benignitas, sed Filia ad veram pietatem, ad honestatem,  
ad reliquas virgine dignas virtutes erudita de ejusmodi marito  
prospexit, qui erat summè pius ac honoratus. Pater equidem jam  
tum fatis concesserat, matris verò propinquorumque consilio,  
**ANNO CIO IO CIV. MARTINO MOLLERO** civi  
primario ac patricio nostratis Republicæ elocata fuit, sed qui de-  
cima post nuptias hebdomade, à latere & complexu eius nimis  
heul festinatim avulsus: ipsaque vidua relicta est. Post devora-  
tas supra annum viduitatis molestias, ad secunda vota transit,  
nupta scilicet viro Eminentiissimo, Consultissimoque DN. **JOAN-**  
**NI LUTTERMANNO**, Consuli hujus Reipub. amplissimo, & de  
patria sua bene merenti, qui equidem cum cura nobis dicendus  
esset, nisi id abnueret modestia Ejus, & à presenti insituto alie-  
num foret. Cæterum, quod Ulysses Nausicaæ optat, ut Dijs illi

André

Ἀνδρά τε καὶ οἶκον καὶ ὁμοφροσύνην ὑπάσσειαν  
Maritum & familiam & concordiam præbeant. :  
additâ hac ratione :

— ἔ μὲν γὰρ τῷ γε κρείσσον καὶ ἄρειον  
Ἡ ὄθ' ὁμοφροσύνῃ τε νοήμασιν οἶκον ἔχητον  
Ἀνὴρ ἢ δὲ γυναῖκα.

non enim eo quicquam præstantius & melius, quàm  
cum concordēs consiliis, rem familiarem administrant  
vir atque conjux

*id sane divinitus Nostra contigit. Concordiâ quidem tantâ vixit,  
ut nunquam illi sacellum dea viri placere adendum fuerit: quippe  
que non cultu modo atq; obsequio ἀντίχρημα Sara, sed delensificâ  
etiam morum suavitate ipsissima etiam Abigail mirum in mo-  
dum viro se approbaret, id vicissim consecuta; ut totum ejus  
animum ad se transferret ultro facentis; non aliud sibi nisi  
ex matrimonio solatium esse. Noverat prudensissima Ma-  
trona, haud ullâ re aliâ magis reliquum corpus ornari, quàm ex  
capitis dignitate: Uxor is autem caput maritum esse: iccirco de  
nulla re plus laborabat, quàm ut omnem honorem illi exhiberet,  
quem sibi omnia esse existimabat; & in quo chara illa nomina  
patris, matris, fratrum, sororum confundebat, imitata in eo An-  
dromachen Homericam, qua Hectorem suum eodem modo com-  
pellat*

— σὺ μοι ἑσσι πατήρ, καὶ πότνια μήτηρ  
Ἡ δὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι παλαιὸς ὡδὲ γαμῶν.  
tu mihi es pater, & veneranda mater, Et frater, tu etiam  
mihi floridus maritus. Itaque velut Geometra dicunt, lineas  
& superficies se ipsis non moveri, sed corporum comitari motus:  
sic neque illa suo genio ferebatur, sed Mariti, cujus laeta & tri-  
stia, seria & iocosa pari vultu, pari animo sequebatur, planè per-  
suasa, quod Aristoteles, sive quicumque appendix illius est au-  
ctor alius, sapienter monuit: Viri sui ingenium & mores le-  
gem esse divinitus sibi latam, eo tempore, quo nuptiæ  
A 3 junctæ,

junctæ, & vitæ fors confociata fuit. Nunquam existit  
mater. Neque est quod hoc peculiare fatum suum ducet amplifi-  
mus Consul, sed cum multis aliis habet commune. Nec ignorat Au-  
gustum Imperatorem oïm exclamasse :

O utinam aut cælebs mansissem, aut prole carerem !

Dum vixit, supra omnes delicias & humana omnia posuit; quod  
matrimonio hoc quasi manu duceretur ad magnum illud **MY-**  
**STERIUM**, quo **JESUS CHRISTUS** æternus ille Sponsus Eccle-  
sia ejusque germanis membris omnibus ineffabili amore unitur.  
Hunc suum quoq; sponsum deputabat: hunc sibi natum, sibi pas-  
sum, mortuum, resuscitatum pertendebat: in Hoc se electam  
firmiter credebat, ad Hujus spirituale conjugium se vo-  
catam, & vera fide, justitiâ ac spe æterna vita, velut nuptialibus  
ornamentis dotata cum gaudio profitebatur. Et quamvis inter-  
dum **DILECTUS** per istius vitæ noctes quasi disparere  
videretur: in cordis tamen lectulo Eum quæsiuit: quem,  
si primo non invenit, magis ad quærendum animata  
surrexit ad amorem cælestium, civitatem circumivit ex-  
ultatione universæ terræ fundatam: interrogavit vigi-  
les, qui custodiunt Ecclesiam: nudata fuit pallio seculari  
ornatus, & charitatis sagittâ interius vulnerata. Nec  
prius à quærendo desistit, quam moerentium consolato-  
rem inveniret: quem arctissimè deinceps tenuit neque  
unquam animo censuit dimittendum. Quia verò gnara  
erat, hunc à cælesti sponso purum & immaculatum cultum requi-  
ri; seipsum à mundo immaculatum servare: ideo cavebat om-  
ni studio, ne ad similitudinem seculi se configuraret: sed, velut  
Pharisæi numisma census Casari juebantur reddere, quod ejus  
immagine percussum esset: ita illa quoque, qua ad viventis **DEI**  
imaginem se formatam didicerat, id unice satagebat: ut totam  
se conditori suo redderet, & transformata per renovationem  
mentis ei, quantum in hac quidem infirmitate licet, quam maxi-  
mè obsecundaret. Publicos congressus, ubi proptiari Numen pre-  
cibus

cibus, laudes Ejus decantari & Populus fidei scientiã imbui atque ad pietatem eradiri solet, assidua frequentabat. Neque minus religiosè domi vixit: precibus enixissimè incumbens, tanto eas fervore fundebat, ut nullius negotij causã, cujuscumq; etiam momenti foret, aut turbari permitteret, aut differre sustineret. Procul omni fastu & superbia egit; & vestium delicias exosa, tenuit, quod sequiori sexui difficillimum est, in amictu modum. Inprimis autem semper, etiam aubuc juvenis, detestata fuit mulierularum in comenãdo & moliendo musteos & sine modo modos, quos Gallia, felix illa vanitatum magistra, Germanorum emulationi largã varietate neque minori pernicie suppeditat. A Marito privatas pro re domestica curas in se derivabat, ut ille publicis tanto promtius, quod summa cum laude facit, (utinam divitissimè faciat) vacaret. Pro valetudine ejus magis atq; ob suam anxia, dies noctesque DEUM precibus, seipsam, si forte an malũ haberet, curis ac agritudine fatigavit. Sed esce d. XIII. Maji, cum pridie, festa nempe Ascensionis, concioni postremũ interfuisset, catarrho qui ad pulmones defluebat, tacta & lecto tandem affixa est. Es cum propter materia pertinaciam, viriumq; imbecillitatem pulmones ab obstructione liberari pharmaci etiã diligentissimè adhibitis minimè possent, inter praeclarissima documenta fidei, spei, tolerantia Christiane piẽ ac placidẽ expirans animam DEO resignavit, ubi prius eam factõ accurato peccatorum examine, & seria de admissis penitentiã, viatico cœna Dominica procurasset.

Egit annum LXXV.

Non infitemur quidem, VIDUE mastissime, CONSUL amplissime, grave Tibi hoc inprimis fore, non modo fessum officij laboribus, sed publicis etiam curis ac malis pene fractum ac elanguentem, nunc demum illã orbari, qua curarum levamen, precum focia, & in utraque fortuna constans ac fidelis assecla erat: & præter reliqua, etiam valetudinem tuam, qua in ætate hac ingravescente fomenta & curam attentioem requirit, sollicitè admodum

dum observabat, Hic vero efficax solatium Regius Pater suggestit; cum quo exclamare potes: Quis est mihi in caelis præter Te? & præter Te non delector quoquam in terra. Cum deficit caro mea ( fuit enim Uxor tecum una caro ) & corneum ( scilicet anima dimidium tua , quod cum illa mortuum videri potest ) rupes cordis mei & Portio mea DEUS est in seculum; Hoc enim itidem nosti; quamvis pater & mater , atq; etiam Uxor & reliquæ charitates, nos derelinquant, JEHOVAM tamen nos recepturum, Ille Tibi quoque rupes cordis & portio tua erit; Ille Te recipiet; Ille senectutem tuam forebit, & instar aquilæ renovabit vires tuas, ut in obscuro, quod sustines, gravissimo munere porro quoque fidem, prudentiam, atque industriam, uti hæcenus strenue fecisti, Reipublicæ vestræ, atque adeo toti Patriæ tuæ probare, & Bono Publico, cui propriè destinatus es, diutissimè superstes esse possis. *Jevoit! Jevoit!* Vos, CIVES ACADEMICI, agite & deductioni funeris ad H. l. postea frequentis officio interesse, vestramq; erga COS. amplissimam benevolentiam lubentes declarate. P. P. Rostochi  
sub Sigillo Univerſitatis, d. XXIV. Majj

AN. clv lvc XLIIIX.

Conventus fiet hora prima in Æde B. Virginis.













esibus, laudes Ejus decantari & Pop  
ad pietatem erudiri solet, assidua fr  
ligiosè domi vixit: precibus enix  
feruore fundebat, ut nullius neg  
momenti foret, aut turbari permitt  
Procul omni fastu & superbia egit;  
unit, quod sequiori sexui difficillima  
primis autem semper, etiam adhuc  
cularum in comendo & moliendo  
quos Gallia, felix illa vanitatum m  
tioni largâ varietate neque minori  
rito privatas pro re domestica cur  
blicitate tanto promptius, quod summa c  
tissimè faciat.) vacaret. Pro valetu  
anxia, dies noctesque D E U M prec  
haberet, curis ac agri tudine fatigav  
pridie, festo nempe Ascensionis, concu  
tarrbo qui ad pulmones desuebat,  
est. Es cum propter materia pertin  
tem pulmones ab obstructione libera  
simè adhibitis minimè possent, inter  
dei, spei, tolerantie Christiana pie  
DEO resignavit, ubi prius eam factio  
ne, & seria de admissis poenitentia  
curasset

Egit annum L

Non insitemur quidem, VIDUE  
plissime, grave Tibi hoc imprimis fore  
boribus, sed publicis etiam curis ac ma  
entem, nunc demum illâ orbari, qu  
focia, & in utraque fortuna consta  
præter reliqua, etiam valetudinem tu  
descente fomenta & curam attentio

ria imbui atque  
Neque minus re  
rens, tanto eas  
ujuscung, etiam  
Ferre sustineret  
delicias exosa, te  
tū modum. In  
ata fuit mulier  
ne modo modos,  
anorum amula  
diat. A Ma  
bat, ut ille pu  
e, (utinam diu  
gis atq; ob suam  
si forte an malè  
XIII. Maji, cum  
interfuisset, ca  
tandem affixa  
mōg imbecillita  
etiā diligentis  
documenta si  
birans animam  
torum exami  
Dominica pro

ONSUL am  
essum officij la  
um ac elangu  
vamen, precum  
secla erat: &  
ate hac ingra  
sollicitè admo  
dum

